



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Coloniensis. De Colonia Agrippina Jul. Cæs. Scaliger.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

genti; subjectisq; populis faveas propitius, devota grata-
que mente consecravit.

D. O. M. S.

ADELHEID.

Ex illustri Rheingrav. & Wildgrav. gente prognata.
Quæ Carolo Domino in Limburg marito diu supervixe-
rat vidua, anno reparat. Sal. c I o. I o. lxxv. ætatis verō
suæ LVIII. IV. Idus Octob. Ortenburgi piē obdormivit.
Quom sexto ante die præmisisset Joachimum ex filio Go-
defrido nepotem unicum, necdum iv. annos natum.
Quorum ossa Joachimus Comes Ortenburgius gener pa-
trinusq; quod illam ut matrem coluerat; istum instar filii
amaverat, gentilitio hujus delubri tumulo suo juxta An-
tonii Kariss. F. Fridericiq; N. cineres condidit, hocq; M.P.

AICHSTETI.

*Fallax saepe fides, testataq; vota peribunt.
Constitues tumulum si sapis ipse tuum.*



COLONIENSIA.

DE COLONIA AGRIPPINA

JUL. CÆS. SCALIGER.

*M*axima cognati regina Colonia Rheni,
Hoc te etiam titulo Musa superba canit.
Romani statuunt: habitat Germania: terra est
Belgica: ter felix. Nil tibi diva deest.

IN CHORO TEMPLI CATHEDRALIS.

Reverendiss. D.D. Adolpho, Archiepiscopo, ac Principi
Electori Colonien. S. Rom. Imperii per Italiam Archican-
cellario, Legatoq; nato, Westphaliae & Angariae Duci, &c.

ex illustr. familia Comitum à Schauvvenburch oriundo,
electo die **XIIII**. Januar. An. m. d. **XLVII**. qui pié & pru-
denter Archiepiscopatui præfuit annis **IX**. mens. **II**. dies
XXV. tandemq; ultimum diem in Domino clausit. Anno
m. d. **LVI**. die **xx**. Septemb.

IBIDEM.

Reverendiss. Dn. D. Antonio, electo, ac confirmato
Princ. Electori Colonien. S. Romani Imperii per Italiam
Archicancellario, legatoq; nato, Westphaliæ & Angariæ
Duci, &c. ex illustri familia Comitum à Schauvvenburch
oriundo electo an. m. d. **LVI**. die **xxvi**. Octob. qui fratri
suo succedens, in domino obdormivit, an. Domini m. d.
LVIII. die **xviii**. Junii. atq; præventus morte fratri ju-
stum monumentum erigere non potuit, uti cœperat, Re-
verendissimus Dom. Gerhardus Archiepiscopus, Princ.
Elector Coloniensis, dominis & affinibus suis charissimis
pietatis ergo posuit, anno m. d. **LXI**.



FRANCOFORDIANA.

IN FRANCOFORDIAM JUL.
CÆS. SCALIGER.

Multa labora*is* debet Francfordia fulcis:
Multaracemiferis vinea culta jugis.
Quid referam, quanta & qua convexere metallas?
Qua Mars bellipotens, qua petit alma Ceres?
Huc Italus patriis miratur partibus orbem,
Advectum huc stupuit Gallia magna suum.
Hic oriens, hic terra novis comperta sub astris
Agnoscit genii semina plena sui.
Nec tamen in brutis sola hac commercia rebus;
Hic animi aeterna sed cumulantur opes.
Quod si res, paucas, operosa est dicere merces;
Non magis est, cunctas res operosa dare.